1. N. 3.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

CIVITATIBUS MUNICIPALIBUS,

earumque Membris,

Quam

Divina annuente gratia,

Ex Decreto & Authoritate

Magnifici JCtorum Ordinis,

In Illuſtri Chriſtian Albertin.

PRÆSIDE

Viro Magnifico, Præ-Nobiliſſimo & Conſultiſſimo

DN. NICOLAO MARTINI,

JCto celeberrimo, Novell. & Polit. PP. Acad. h.t. Pro-Rectore, & Facult. Jurid. Decano

Pro

Conſequendis ſummis in utroque Jure Honoribus, privilegiis & immunitatibus Doctoralibus,

Publica & ſolemni Diſquiſitioni

Diebus 1. & 2. Jun. A. 1682. horis antemeridianis ſubjicit

CHRISTOPHORUS BALEKE, Parchimo Mecklenburgicus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

KILONI, Literis Joachimi Reumanni, Acad. Typogr.
1682.

3

VIRO

Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Conſultiſſimo

DOMINO

JOACHIMO GEORG. BALEKE,

J. U. D. Conſuli Parchimenſium meritiſſimo, & Advocato Judicii Provincialis Mecklenburgenſis.

Dno Parenti meo æternum venerando

Cui non minimam meorum ſtudiorum partem acceptam fero, hanc Inauguralem Diſputationem meam animo grato & obſequentiſſimo

Dico offeroq;

CHRISTOPHORUS BALEKE.

Q. D. B. U.

§. 1.

DE Civitatibus municipalibus acturi vocum harum originem ante omnia reſpiciamus. Et quidem, unde *Civitas* derivetur, nempe à cive, ſatis apertum; cives vero dicuntur à coeundo, qui quaſi coiverunt vinculo quodam ſocietatis, in unum cœtum, ut iisdem legibus vivant, *Tholoſan. de republ. lib. 1. cap. 1. num. 7. & cap. 3. n. 1.* Sumitur hæc vox *Civitas*, modo pro loco muris circumdato, uti in *§. ſingulorum 11. de rer. diviſ.* modo pro jure, quo cives utuntur, das Bürger-Recht/ unde Phraſis iſta: *civitate aliquem donare*, apud *Sveton. in Caſ. cap. 24.* modo pro Imperante, cujus voluntas eſt loco voluntatis omnium ſibi ſubjectorum. *Hobbes de Cive, cap. 5. art. 9. & 10.* Demum collective pro multitudine hominum certis legibus in ſocietate civili viventium, quæ ſignificatio eſt hujus loci. Vox, *Municipalis* eſt à *Municipio*. Municipium unde deſcendat, non eadem omnium opinio eſt. Alii à munitionibus dictam volunt. *Tholoſ de Republ. lib. 2. cap. 1. num. 5. Beſold. in Theſ. pract. verbo* Marcktfleck. Nobis tamen melius *arg. l. 1. §. 1. ad Municip. & Gell. 16. c. 13.* magis probatur derivari à vocabulo *munus* & *capere*, quoniam in *d. l. Municipes* dicuntur muneris participes.

§. 2.

Quod ipſam rem attinet, Municipium olim erat ſpecies

atum, ad Romanum Imperium pertinentium, quarum &c eadem conditio fuit. Quædam jus Civitatis Ro- habebant, quædam habebant. Ad illas pertine- oloniæ, ad has Municipia. Coloniæ dicebantur Ci- es emeritis, vel aliis benemeritis, veteribus ſeſſoribus plerumque iſto ex loco pulſis, ad inhabitandum conceſſæ; annexos habentes agros, qui dividebantur inter novos colonos, ut haberent, quo vitam tolerarent. Uti non ſuis radicibus nitebantur, ſed ex Urbe quaſi propagatæ erant, ita & jura inſtitutaq; omnia Populi R. non ſui arbitrii habebant. Quæ conditio cum eſſet magis obnoxia & minus libera, potior tamen & præſtabilior exiſtimabatur, propter Amplitudinem Majeſtatemque Populi Rom., cujus iſtæ Coloniæ quaſi effigies parvæ, ſimulacraque eſſe quædam videbantur. *Gell. lib. 16. cap. 13.* Quamvis autem jura Populi Rom. obſervare tenerentur, tamen juris Civitatis R. quod per profectionem in Coloniam amittebatur, non erant participes absque privilegio ſpeciali. *Weſenb. Par. ff. de Cenſ. n. 5.*

§. 3.

Municipiorum melior erat conditio. Etenim juxta *Gell. d. l. Municipes erant Cives Romani, ex municipiis, ſuo jure & legibus ſuis utentes, muneris tamen cum Populo Rom. honorarii participes* (*huc faciunt verba l. 1. §. 1. ad municip.*) *à quo munere capeſſendo appellati videntur, nullis aliis neceſſitatibus neque ulla Populi R. lege adſtricti, cum nunquam Pop. R. eorum fundus factus eſſet.* Hactenus Gellius. Uti Urbs habebat Senatum, Conſules, & Tribunos plebis, ita quædam Municipia habuere pro Senatu, Curiam ſeu Decuriones, pro Conſulibus Duumviros, pro Tribunis plebis, Defenſores Civitatum. *Weſenb. par. ff. de decur. num. 1. Cujac. 3. obſerv. 14.* quædam Defen-

Cenſores tantum. *Cujac. par. C. de magiſtr. municip. & u. poſ. Nov. 15.* quædam Ædiles tantum, quædam Quæ- ſtores. *Cujac. ad l. 18. C. de decur.* Magiſtratus hic m[illegible] imperium non habebat. *l. 26. ff. ad municip.* quæ ve. dictionis erant, præſertim in cauſis levioribus, facere erant. *arg. d. l. 26. Brunnem. ad l. 2. C. de mag. municip.* [illegible] et defendere ſuam juris dictionem pœnali judicio audebant, *arg. ff. ſi quis jus dic. non.* niſi quod modicam coercitionem in ſervos haberent. *l. 12. ff. de jurisdict.* Poterant quoque tuto- res dare. *l. 3. ff. de tut. & curat. dat.* Poteſtas Duumvirorum erat annua, & qui abierant Duumviratu, Duumviralitii, item Duumvirales & Duumviratii fuerunt dicti. *Cujac. ad l. 18. C. d. decur.*

§. 4.

Decuriones quidam dictos putant ex eo, quod initio, cum Coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui duce- rentur, Conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit. *l. 239. § 5. de V. S.* Quod nomen non ſolum domi, ſed & in caſtris, in uſu erat. Nam qui turmæ præerant, eo nomine inſigniebantur. Conſtitit vero Turma ſecundum Frontonem ex 32. equiti- bus: vel ſecundum alios in ſingulis turmis equitum tres erant decuriones, qui denis equitibus præeſſent. *Alciat. ad d. l. 239. num. 10. Lancell. Tr. de decur. n. 5.* Sed mittimus ſagatos De- curiones. Decuriones togati vel nativitate ſua Curiæ erant obnoxii *l. 37. C. de decur.* vel eligebantur libere ex incolis. In electione non tam ſpectabatur eruditio, *l. expertes. 6. C. de decur.* quam facultates. *Cujac. ad d. l. 6.* nec major 55. annis in- vitus ad hoc munus ſuſtinendum cogebatur, licet ſponte ſu- ſcipere poſſet. Quod ſi feciſſet, quamvis 70. annos excede- ret, non tamen eximebatur decurionum albo *l. 2. § f. de decur.*

ficio illorum videri poſſunt. *Alciat. d. l. n. 2. & ſequ. We* *ff. de decur. item de decret. ab ord. faci. & ibi Hahn.* *Tr. de decur. &c.*

§. 5.

Jam perveniendum eſt ad Defenſores Civitatum, qui ita dicuntur à defendendo. *l. 5. C. de defenſ. civ.* ad curam enim illorum ſpectabat providere, ne à potentioribus, ditioribusve, ſeu Judicum injuria, vulgus & rulticitas opprimeretur. *l. 3. 4. C. d. t.* Dicuntur etiam Defenſores plebis. *l un. C. de off. jurid. Alex.* & fungebantur in civitatibus Vice Præſidum. *Brunnem. ad l. 1. C. de defenſ.* quamobrem Præſides prohibebantur Vicarios in Civitatibus ſibi conſtituere. *Cujac. in Expoſ. Nov. 8.* Eligebantur non ex ordine Decurionum, ſed aliis idoneis perſonis. *l. 2. C. d. t.* Decreto Epiſcorum, Clericorum, honoratorum & Curialium, confirmabanturq; à Præfecto prætorio. *l. 8. C. eod.* vel à Quæſtore *Novell. 75.* Cognitio illorum in cauſa pecuniaria olim non excedebet 50. ſolidorum ſummam. *l. 1. C. eod.* quæ aucta usque ad 300. ſolidos. *Nov. 15. c. 3. §. f.* Fiebant quoque apud eos teſtamentorum & donationum inſinuationes. *d. Nov. 15. c. 3. in pr.* Et tutores dare poterant, ſi facultates pupilli usque ad quingentos ſolidos valerent. *§. 5. J. de Attil. tut.* Pertinuit & ad curam illorum perſecutio ſervorum fugitivorum, quam ſub pæna exſequi tenebantur. *l. mancipia. 5. C. de ſerv. fug. ubi Brunnem. n. 3.* Ita de criminibus cognoſcendi copiâ illis erat, ſed levioribus tantum, non & de gravioribus, in quibus ſi deprehenſi rei, detrudere illos in carcerem & mittere ad provinciæ Præſidem neceſſum habebant. *Nov. 115. c. 6. §. 1.* Nec mulctas infligere poterant. *l. 5 C. de defenſ.* Officium illorum jure Codicis erat quinquennale. *l. 4. C. eod. Lancell. in Tr.* *de*

de off. Praet. in pr. n. 16. quod jure Novell. factum triennale. *d. Nov.* 15. *c.* 1. §. 1. nec niſi Principis veniâ deponi pot... *l. f. C. d. t.*

§. 6.

Ex hiſce integrum erit cognoſcere, longe aliam fu... formam iſtorum Municipiorum, atque hodiernorum. quamvis nullum hæc uſum habere videantur, aliquid commodi provenit ex cognitione conditionis illorum, quod argumentum ab illis ad noſtra ducere DD. ſolent. *Hahn. ad Weſ. de decur. n.* 1. Noſtra antequam perluſtrare incipiamus, pauca de illorum origine inveſtigemus. Tacito *de German. mor.* niſi fides deneganda, nullas Germanorum populi urbes habitavere, ne quidem paſſi ſunt junctas ſedes. Coluerunt diſcreti ac diverſi, ut fons ut campus, ut nemus placuit. Vicos locaverunt, non in Romanorum morem connexis & cohærentibus ædificiis, ſuam quisque domum ſpacio circumdedit, ſive adverſus caſus ignis remedium, ſive inſcitia ædificandi. Quando autem in Germania civitates condi cœperint, de eo in eleganti Diſſertatione *de Urbibus Germanicis* agit Cl. *Conringius.* Cœterum Urbium cis Rhenum, & cis Danubium, à Romanis devictarum, quædam Coloniarum, quædam Municipiorum jura acceperunt. Municipia Germanica procul dubio Germanorum mores ritus & leges obſervarunt, Donec per Francos tota rerum facies mutata. Hi, non nudâ victoriæ gloriâ contenti, præter pecuniam, quam imperabant, in Germania Magiſtratus dederunt, ex ipſorum nutu pendentes, alios ordinarios, alios extraordinarios. Neque vero tunc à jurisdictione omni excluſa plebs fuit, ſed Conſenſu Legati Regii, ſuo ex ordine Scabinos dedit. Magiſtratus ordinarii erant Judices, aliàs *Graviones* latino nomine

Comi-

Comites dicti. Extraordinarii Magiſtratus erant *Legati* à Francis ... *Miſſi.* Ab his omnis Urbs, omnis Vicus, jura acce... conſequens eſt, nullam tunc fuiſſe diſtinctionem ...um quod nempe aliæ audiverint Imperiales ſive Re...næ Provinciales, cum omnes æquali ratione per Præfe...ios gubernarentur. Hic ſtatus duravit ſub Caroli...t illos, partim Cæſarum prodigis largitionibus, partim venditione, partim negligentiâ aliisque modis, Magiſtratuum Conſtitutiones, nec non fiſci jura, in poteſtatem aliorum, veluti Epiſcoporum, Ducum, Comitumque pervenerunt. Eousque demum, maxime accedentibus immanibus illis turbis, ab Henrici usque IV. ævo, & paulatim magis magisque i... minutâ Regiâ vi & autoritate tandem perventum, ut pene omnium UrbiumGermanicarum ſumma Juriſdictio cum omnibus fiſci juribus, Ducum, Comitum, Epiſcoporum, Abbatum, &c. poſſeſſio hodie cenſeatur. Hæc ſparſim ex *d. Diſſert. Dni Conringii. de Urb. Germ. junct. Carpz. de L. Reg. Germ. c.* 1. *S.* 12. *num.* 8. *usque* 21. Atque iſtæ Civitates, quæ ſimpliciter tunc ſubditæ ſupra dictis Ducibus, &c. & quæ poſtea ab ipſis conſtructæ ſunt, dicuntur hodie *MUNICIPALES. Reinking. de Reg. ſec. l.* 1. *cl.* 4. *cap.* 20. *n.* 4. *Stephan. de juriſdict. lib.* 2. *p.* 2. *c.* 1. *num.* 19. *Cluten. in Syllog. rer. quot. Th.* 27. *lit. D.*

§. 7.

Civitatem Municipalem deſcribimus quod ſit *Civitas, territorii Domino, vel proprie tali, vel improprie, in omnibus ſubjecta.* Loco generis ponimus civitatem, quoniam vox hæc latius patens, plures præter hanc ſubſe comprehendit ſpecies.

Dif-

§. 8.

Differentia ſpecifica continetur hiſce verbis: *territorii Domino, vel Proprie tali, vel improprie, in omnibus ſubditis.* Per territorii Dominum non intelligimus ſimul Imperatorem, qui aliàs recte dicitur eſſe ſupra omnia territoria territorum *Reinking. de Reg. ſec. l.* 1. *cl. 5. c. 1. n. 5.* ſed qui habet illud ſummi Imperii ac Regalium poſt Imperatorem, competens Principi, aut ſtatui immediato, in res, ac perſonas, in ſuo territorio particulari exiſtentes, uti jus territoriale definit. *Myler. de Princip. & ſtat. Imp. cap.* 36. Ex quibus patet municipales civitates differre à liberis Imperii Civitatibus, quæ neminem, niſi Imperatorem, ſuperiorẽ agnoſcunt, quamvis nonnunquam Principes vicini, in iis, ratione Vectigalium, meri mixtive Imperii, ſalvi conductus, vel ſimilium, in totũ, vel ex parte, aliquod jus ſibi adquiſierint, quod nihil obeſt, quo minus liberæ nihilominus dicantur, cæteraque regalia ſalva retineant. *Reink. d. Tr. cl. 4. c. 20. num. 20.* per verba: *proprie tali* intelligimus, qui jus territoriale habent, quales ſunt Status Imperii, non duntaxat Principes, Duces, Marchiones & Comites, uti *Knich. de Jure Territ. C. 1. de Autocrat. n. 1040.* evincere conatur, ſed & Civitates Imperiales liberæ. Voculas *vel improprie* adjecimus propter Nobiles immediatos, ad tractum Rheni & in Svevia, inter quos reperiuntur, qui civitates & ampliſſima bona tenent, ut in eo nonnullos etiam Comites vel Barones, ſi non ſuperare, at iisdem æquiparari facile poſſint. *Rumel. ad A. B. Diſſert. 1. th. 13. & Myler. ibid. in Addit. lit. B. in fine.* Hiſce Jus territoriale quoque attribuit *Rümelinus d. l. & Reinking. d. tr. l. 1. cl. 5. c. 2. num. 55.* Uterque ex *Bidenbach. Nobil. quaſt. 1.* qui vocat hoc jus in Nobilibus, **die Adeliche Obrigkeit.** Verum licet admodum difficile

 ſit

ſit in ſpinoſa hac quæſtione aliquid ſtatuere, tamen proprie iis [illegible] competere, nec quatenus Nobiles immediati ſunt, ſed [illegible]atenus per Privilegia Cæſarea ſingularia id iis indul[illegible], Jurisdictionis territorialis eos exercere putarem. *V[illegible]ler. in addit. ad Rumel. Diſſert. 1. ad A.B. Th. 13. lit. B.*

§. 9.

Sequuntur verba *in omnibus ſubjecta*, quod intelligendum eſt de ſtatu regulari civitatum municipalium, & limitatur, niſi vel præſcriptione, vel expreſſa ſuperioris conceſſione, paulo liberiorem fortunam ſibi adquiſiverint, vel pactis ſibi aliquas libertatis partes reſervarint. Hic quæſtio moveri poteſt; an ſcil. Civitates municipales ita ſint Territorii Dominis ſubjectæ, ut ab iisdem alienari poſſint? negat id quidem Heigius *p. 1. q. 19.* ſed non adæquata ratio eſt, quam tradit (pace quod tanti viri dicam) nimirum ait: *Lex eſt generalis & communis omnium Regnorum & Principatuum cum ipſis nata & quaſi jus gentium, nihil rerum Imperii cujusvis à principe ſolo alienari poſſe, quia nempe hæc ab initio mens eorum, qui ſe Dominio alicujus ſubjecerunt, fuiſſe videtur, ut Respubl. tutorem, defenſorem, & parentem haberet, qui bene Rempubl. gerere, non etiam alienare ſtuderet. Unde Principatus omnis, non ad ipſorum Principum, ſed ſubditorum utilitatem, & commoda inventus, & receptus exiſtimatur, nullaque Provincia extat, quæ ſi non expreſſe alienationem Principi interdicat, ſaltem prohibuiſſe tacite eam videatur.* Hiſce manifeſtum eſt, Heigium putare rationem prohibitionis eſſe, *quia ſubditorum cauſa Imperium omne fundatum.* Quod mihi non ſit veriſimile. Nam Imperium aliud eſt Civile, aliud Herile, ſive dominicum. Illud, quod conſtitutum commodo illorum præcipue, qui obtemperant. Hoc, quod primario reſpicit

Im-

Imperantium commodum, & ſecundario r...
rum, ſcil. propter uſum proprium. Nec Herile i...
ſtitia caret; nam intuenda eſt origo, ita ut ſi illa juſt...
etiam cenſendum Imperium, ſi injuſta, veluti ſi citr...
cauſam invaſum Imperium, id quoq; cenſeatur injuſtu...
Imperii herilis origo vel voluntaria eſt, vel neceſſaria. Illa ...
cum populus ſui juris ſe, ſuaque omnia alicui ita addicit, ...
regendi ſui jus in eum plane tranſcribat, nulla ejus parte re-
tenta. Quod utique licebit populo libero, cum nulla mo-
ralitas obſtet. Nam uti ex *cap. 21. Exod. Jerem 34. v. 14.* li-
quet, privato licebat ſeſe alteri in ſervitutem dare, quare ita-
que multitudini hæc poteſtas deneganda? Hæc (ſcil. ne-
ceſſaria origo Imperii herilis) ex neceſſitate oritur, & variis
ex cauſis fieri poteſt, veluti cum Populus alteri ſe ſuaque o-
mnia dedit, quia in periculum vitæ adductus, vel inopia preſ-
ſus (uti Ægyptii, qui aliquam habebant adhuc libertatem,
quam poſtea plane exuerunt, dum ſe ſuosque agros in ſervi-
tutem tradebant Pharaoni pro frumento, quod iis ſubmini-
ſtrabat Joſephus. *Geneſ. 47. v. 18. ſequ.*) vel etiam juſto bello
ad id coactus: plura hac de re in *Grot. l. 1. de J. P. & B. cap. 3.
num. 8.* Et taliter conſtituta ſervitus juſta eſt, modo ne a-
trociter nimis exerceatur ab Imperante, qui ſemper memor
eſto dicti iſtius *Matth. 7. v. 12. Quacunque volueritis ut faciant
vobis homines, ea vos facite iis. Ameſ. de conſcient. lib. 5. cap. 23.*
§. 2. Hiſce conſequens eſt, poſſe etiam totum populum ali-
quando alienari, cum, quod vere in ditione Imperantium eſt,
ſit idem, atque eſſe in patrimonio aut plena proprietate, quæ
liberam utique alienandi facultatem concedit. Sunt adhuc,
qui putant, hanc alienationem invalidam eſſe propter rei a-
lienandæ præſtantiam, nec enim liberos homines eſſe in-

B 2 com-

8

Quod utique non negandum: verum quæ- eſt de libero populo, ſed de eo, qui eſt ſub ditione al- quem liberum plane eſſe, nemo temere aſſeret. Ha- non omne Imperium ſubditorum cauſa eſſe, & pro- a licite eos aliquando alienari, demonſtratum; jam ve- ra quæ ſit ratio, quare Civitates Municipales non facile (nec enim ad quamvis alienationem Municipii requiri credide- rim conſenſum Municipii alienandi, cum quilibet Dominus ſuum jus in re aliqua competens vi dominii vel quaſi, à ſe, et- iam invita re, abdicare poſſit) à Dominis territorii alienari ſoleant. Et quidem rationem hanc putarem eſſe, quia non ſerviliter, ſed civiliter ſubſunt Dominis, illarumque intereſt, ne novis ſubjiciantur Dominis. Sed periculoſam quæſtio- nem hanc non decido, hoc ſaltem addens: ſi civitates hujus- modi ſunt alienandæ, Imperatoris etiam conſenſu opus eſſe, quando ſcil. ſunt pars feudi, quæ citra Domini Conſenſum a- lienari nequit, æque ac totum. *2. F. 56. Alvarot. de alienat. Feud. num.* 1. tum agnatorum. 2. *F. 39. in pr. & 1. F. 5. §. prater- ea.* quod tamen limitationes patitur, quas brevitatis ergo mittam.

§. 10.

At vero, quanquam Domini licite alienant Civitates municipales, tamen hæ ſine conſenſu Domini ſe ſubjicere a- liis plane prohibentur, quia hoc eſſet rem alienam auſſerre. *arg. §. 5. Cap. 23. lib. 5. Ameſii de Conſcient. Cotman. Reſp. 1. num.* 96. *V.* 1. Niſi forte juſtæ ſubtractionis cauſæ adeſſent. *Ste- phan. de jurisdict. lib. 2. p. 2. C. 2. num.* 129. Mitior hæc reſpe- ctu Dominorum videtur quæſtio, an Civitates ſæpius com- memoratæ ſe præter ſuperioris conſenſum alterius prote- ctioni ſubmittere poſſint? Affirmativam multi tuentur, per vul-

vulgatum illud: Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit/ & alias rationes, ſed magis probatur negativa. *Carr Zov. de L. Reg. Germ. c. 6. Sect. 5. num.* 10. *& ſequ.* quæ tamen ſuas habet exceptiones, quas metu prolixitatis ad ponere non audeo. *vid. Reink. de reg. ſec. l.* 1, *cl.* 5. *c.* 4. *num.* 75. *& ſequ. Myler. in addit. ad Rumel. p.* 2. *Diſſert.* 4. *Th.* 9. Quod ſi vero Civitates hujuſcemodi quid tentarint, & hac de re in judicio agendum, non ipſe Dominus eſt Judex, ſed Camera Imperialis, niſi forte vel conſuetudine, vel privilegio aliter fuerit receptum & proviſum, videlicet quod Civitas coram Judice Curiæ (Hoffgericht) à Principe ſuo conveniri poſſit. *Blum. in Proceſſ. Camer. Tit.* 26. *num.* 26. 27. *Gail.* 1. *obſ.* 1. *num.* 18. *Cothman. Reſp.* 31. *n.* 1. Cœterum municipalis Civitas patere ſemper debet tempore belli Domino ſuo territoriali. *Wehner verbo* Offnung. Cui etiam competit jus ut vocant inquartandi, quoties belligerandi facultas ipſi conceditur. *Tabor de metat. & Epidem. p.* 1. *c.* 6. *n.* 9. Neq; vero ex jure aperturæ, oder des Albergaments ſtatim præſumitur ſubjectio, cum jus hoc etiam aliis ex cauſis competere poſſit. *vid. Beſold. in Theſ. pr. v.* Offnung. Huc quoque referri poteſt Jus intradæ ſive introitus ſolemnis des Eintritts oder Einzugs/ cujus vigore ſubditi Dominum Territorialem cum apparatu feſtivo in armis conſtituti devote excipere, eique obviam procedere tenentur. *Tabor d. l. num.* 10. Porro in recognitionem Civitates quædam provinciales Vandalicæ, maxime in Ducatu Mecklenburg, & Pomeraniæ ſolvunt qnotannis certam pecuniæ, vel vini, vel alterius rei quantitatem, quæ præſtatio vocatur Ohrbar voce vandalica. *Stephan. d. tr. lib.* 2. *p.* 1. *C.* 7. *num.* 49.

9

§. 11.

Quamvis hæ Civitates ſint ſubditæ Dominis territorii, non [illegible] n ipſi ſunt ſola cauſa efficiens illarum. Poteſtas cond[illegible] dı civitates refertur quidem *à gl. & DD. in l. Ex hoc, [illegible] ac J. J.* ad facultatem naturalem, quæ vero iſtius ſint, non videntur deneganda cuiquam. Verum diſtinguendum eſt inter eum, qui liber plane, & qui vivit in Orbe Romano. Ille proprio motu civitatem condere poteſt. *Alciat. ad. c. pernitioſam. de off. ordin. num. 2 & ad l. 239. §. 6. ff. de V. S. num. 4.* Hic non citra authoritatem Principis. *Alc. dd. ll.* Eſt enim poteſtas dandi jus Civitatis, h. e. ex communitate, quæ civitas non erat, civitatem faciendi, de Reſervatis Imperatoriis. *Limnæus J. P. l. 2. C. 9. num. 129.* ubi exemplo notabili hoc ipſum declarat.

§. 12.

Hoc facto recens Municipium quibusdam ſolet privilegiis donari, quo membra illius, tanquã Municipii *Materia*, ſuccreſcant. Atque hæc ſunt (uti quoque Civitatum in genere conſideratarum) vel principalia, quæ non inepte dixeris eſſentialia, vel Accidentalia, ſeu minus principalia. Illa ſunt Cives, hæc Incolæ, & Advenæ ſeu Forenſes. Cives vel ſunt Magiſtratus, vel in ſpecie ita dicti Cives. Magiſtratus hodierni Municipales plerumque dividi ſolent in Conſules & Senatores. In modo eligendi Senatores cujusque loci conſuetudo attenditur. Quod ſi autem uti in majoribus Rebuspubl. ita etiam in hiſce minoribus Politica obſervanda, optimum erit, cenſum conſtituere mediocrem, quem habere oporteat, qui obtinere velit Magiſtratum. Nam ſi ditiores ſoli creentur, reliqui mediocris fortunæ ſtudebunt mutare ſtatum. Nec hominibus vilis conditionis, qui ejusmo-

modi Magiſtratum contaminant, committendus, ne honoratiores excluſi indignati novis ſtudeant rebus. *Sep[illegible]. de [illegible] ſtatu, lib. 7. C. 19.* Inter perſonas vero eligendas [illegible]genus eſt præferendus Aſſumto, ſive advenæ. *Mynſ[illegible] [illegible] 4. [illegible] 10.* cum quilibet patriam ſuam amare præſumatur *l. 2. ff. de J. J.* ac alias tacite objiceretur Indigenis, nullos ex illis eſſe, qui mereantur promoveri. *Weiſe in Idea Statiſt. part. gen. c. 5.* Perſonarum eligendarum in Senatum quædam excuſantur, quædam eligi prohibentur. Ad illas pertinent, qui unam ex dignitatibus 12. enumeratis *in l. f. C. de decur.* obtinuerunt. Non vero Nobiles in Civitatibus habitantes, munera publica declinare poſſunt, *arg. Nov. 15. c. 1. Brunnem. ad Tit. C. de decur. num. 98.* item excuſatur major 55. annis. *l. 2. §. f. de decur.* utut non excuſetur à tutelæ onere *§. 13. J. de excuſat. tut.* Ratio autem, cur citius detur excuſatio honorum, quam munerum, hæc eſt: Munera detrectant fere omnes, honores, quamvis adjunctum habentes onus quoddam, vix pauci. Hinc tardius munerum vacatio conceditur, nempe anno 70, cum honorum tribuatur vel 55. 60. vel 65. anno. *Borch. ad §. item major. J. de excuſ. tut.* Excuſatur quoque podagra non levi. *l. 13. C. de decur.* ſed gravi laborans. *l. 3. C. qui morb.* Sic & ſummâ egeſtate, quando ſcil. alicui quotidie laborandum pro quotidiano victu quærendo ſibi & familiæ ſuæ. *l. 6. demum & hon. Lancell. Tr. de decur. n. 33.*

§. 13.

Eligi prohibentur, Minor. *l. 8. de muner.* abſurdum enim eſſet, committere illis totius Civitatis adminiſtrationem, cum ne proprii quidem patrimonii adminiſtrationi ſufficere putentur. *l. 1. ff. de minor.* Niſi certa cauſa ſubſit. *l. 11. de decur.* ut, ſi urgeat neceſſitas penuriæ hominum. *l. 2. C. qui ata-*

ætate ſe exc. l.1. C. qui & adv. qu. in integr. cum aliquando melius, ho eſtorum hominum liberos, quam è plebe in curiam ad . At ita ex cauſa facti decuriones ſuffragium inter ferre nequeunt, qnamvis ſportulas accipiant. *l. 6. §. 1. decur.* Porro excluduntur ſpurii, ſi legitimum habeant competitorem. *l. 3. §. 2. de decur.* famoſi & notati. *l. 2. C. de dignit.* quos tamen, deficientibus aliis, neceſſitas quoque ad honorem municipalem invitat. *l. eos. 12. ff. de decur. l. 12. C. eod.* Sic non admittendi qui turpibus lucris, viliſſimis artibus, & officiis occupantur. *l. ne quis. 6. C. de dignit.* inter quos *d. l.* quoque refert Monetarios, quos in ſua ſemper conditione durare præcipit *lex 1. C. de murileg.* Erant vero monitarii, qui monetam imperialem cudebant. *Brunnem. in ſum. ad tit. de Murileg. num. 3.* viles, abjecti. *idem ad d. l. 1. d. tit. nnm. 3.* & pene ſervilis conditionis. *idem ad l. 3. d. t. num. 1.* Hi imperante Aureliano vitiatâ monetâ & Procuratore, ſive Rationali monetarum Feliciſſimo interfecto, per ſeditionem magnas dederant turbas. *Cujac. ad l. 1. d. t.* Verum hodie monetarii labe iſta non laborant, ſed honeſtæ ſunt conditionis. *Perez. ad d. t. num. 24.* pariter removentur debitores iſtius Civitatis. *l. 1. C. de deb. civ.* quod autem de illis ſaltem intelligendum, qui vel ex adminiſtratione Reipubl. vel pollicitatione ſunt obligati. *l. 6. §. 1. de Mun. & honor.* non ex mutuo. Cæterum filiusfamil. ad ſenatoriam dignitatem adſpirare non prohibetur, quia in publicis cauſis loco patris fam. habetur. *l. 9. ff. de his qui ſui vel.* & in ea conſtitutus ſi delinquit, non tenetur Pater pro eo, niſi peculiotenus, & de eo quod in rem illius verſum. Secus ſi conſentiat, quo caſu Parens obſtrictus eſt pro negotio omni, quod filius Senator gerit. Non autem expreſſus requiritur Conſenſus, ſed ſufficit, quod Pater

præ-

præſens Nominationi non contradixerit. *l. 2. ad municip.* Atque hæc de filiofam. intelligenda, non vero de emancipato. *l. 1. C. de filiisfam. & quemad.* niſi eo fine Pater con[illegible] emanciparit filium, ne pro illo teneretur: nam tunc bona ejus obligantur, atque ſi fidejuſſor exſtitiſſet. *l. ſ. ad municip.*

§. 14.

Uti caute agendum eſt Patri, filio munus hoc adeunte, ita non minus provide in electione Senator verſetur. Etenim tenetur pro adminiſtratione ejus, quem nominavit. *arg. l. 1. C. de peric. nominat.* atque licet hodie cooptatio in Senatum plerumque per ſuffragia fieri ſoleat, non tamen minus, qui non eum, ſed alium nominarant, tenentur propter rat habitionem. *l. ſ. C. ad St. Maced.* potuit enim diſſenſum reddere manifeſtum per proteſtationem, quæ etſi non obfuiſſet, quominus novus iſte Senator in ordinem reciperetur. *l. 19. ad municip.* tamen ei reſervaret jus ſuum. *Hering. de fidejuſſor. cap. 5. num.* 193. Atvero utut hiſce obſervatis non tanquam Nominator teneatur, tamen ſi poſtea male adminiſtrantem removeri negligat, altero ſolvendo non exſiſtente, quatenus Collega tenetur. *l. 1. C. quo quisque ord. conv. Alciat. ad l. periculum. 35. ff. de reb. cred. num. 7.* & ſimul ejus heredes, ſed tantum ad reſarciendum damnum, dolo vel culpa Collegæ iſto vivo accerſitum, non poſt mortem *d. l.* 1. Itaque pro eo, qui munus hoc publicum gerit, pluribus obſtrictis (quales ſunt Nominatores, Collegæ, Fidejuſſores, & Patres) quisnam ordo conveniendi obſervari debeat, videamus. Et quidem primo loco conveniendum eſſe Reum principalem, tralatitium eſt. Poſt hunc diſtinguendum, an pro diviſo, an vero pro indiviſo munus impoſitum. [illegible]ior

C ca-

11

caſusnon facile præſumitur, eo tamen probato, Collega per diviſionem non eſt factus liber, cum magiſtratuum officium indi uum, & periculū exinde commune ſit. *l.* 11. *ff. ad munic.* n ordo conveniendi mutatus eſt. Nec enim collega correus, unde non primo loco conveniendus, ſed primo Pater, qui durius eſt obligatus, quam Nominator, & Fidejuſſor; uterque enim tantum obſtrictus eſt pro adminiſtratione à ſe Nominati, non vero pro eo, quem à ſe nominatus deinceps nominavit, atque de Nominatore teſtatur. *l. f. C. de peric. nomin.* de fidejuſſore, *l.* 17, §. 14. *ad municip.* At pater etiam pro nominato à filio tenetur. *l.* 2, §. 3. *ff. eod.* Hunc excipit Fidejuſſor, qui propius ſemper accedit ad reum, quam Nominator, deinde ſequitur Nominator, & demum Collega. *l.* 2 *C. quo quisque ord.* Munere autem pro indiviſo impoſito, Collega, tanquam correus, primum conveniendus, reliquorum ordo manet, *d. l.* 2.

§. 15.

Senatui tanto in diſcrimine verſanti, in ſolatium quaſi, jura certis caſibus privilegia largiuntur. Nec enim tormentis ſubjiciuntur, & Judex id fieri mandans, viginti librarum auri illatione multatus, perpetuaque infamia inuſtus, ne ſpeciali quidem Reſcripto notam eluere meretur. *l.* 33. *C. de decur.* Criminis tamen læſæ Majeſtatis rei decuriones recte torquentur. *l.* 4. *C. ad L. Jul. Majeſt. l.* 16. *C. de quaſt.* Deinde hoc privilegium non procedit, ſi vel decoctor pecuniæ publicæ, vel fraudulentus in adſcriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione fuerit inventus: tunc enim plumbatarum ictibus ſubjiciebantur. *l.* 40. *C. de decur.* quod ſpecies tormenti fuit, ut vult *Cujac. ad d. l.* allegans *Prudentium* qu i eleganter, *dicit*, hæc exprimere ita: *gradu reorum formam*

mam tormentis dari: cum nimirum Decurio non poſſit fidiculis ſubjici, plumbatis ſubjectum eſſe. Ita hoc iis non prodeſt in crimine falſi. *l. 21. C. ad L. Cornel. de falſ.* & in proditione patriæ. *arg. l. 7. ff. de re mil.* nec in veneficiis *l. 7. C. de Malef. & Mathem.* Neque vero huic de non torquendo privilegio adverſatur Reſcriptum *in l. 1. C. ubi Senat. v. Clar.* ſcil. *reatum honorem omnem excludere*, ex quibus concludi poſſet. E. & hoc ceſſare privilegium. Nam, uti ex rubrica & inſpectione *d. l.* patet, illud intelligendum ſaltem quoad fori competentiam & pœnam, videlicet Senatores vel Clariſſimos in Provincia delinquentes non poſſe forū declinare. Itaque reatus non ſtatim ita honorem excludit, ut hi accuſati continuo quæſtionibus ſubjiciendi, quoniā hæc ſunt compatibilia, *pœnis ſubjici, & eſſe immunem à tortura*, aliàs, multas leges Codicis, privilegium hoc decurionibus, & aliis tribuentes, correctas eſſe per *d. l. 1.* neceſſe eſſet, quod dictu abſurdum. *Zang. de quæſt. cap. 1. num. 31.* Sed quidquid ſit de jure, contrarium ſervatur de conſuetudine. *Clar. §. fin. qu. 64. num. 20.* Ratione pœnarum quoque ſpeciali utuntur jure. *Rittershuſ. in Expoſ. Nov. p. 4. C. 2. num. 33.* Diſtingu. tamen inter pœnam pecuniariam & corporalem. Illam majorem ſolvunt plebiis, quoad hanc ſeverius puniuntur plebeji. *Clar. d. l. qu. 60. num. 24.* Sic decuriones damnari in metallum, furcæ ſubjici, aut vivi exuri vetantur. *l. 9. §. 11. de pœnis.* Jure hoc ſingulari quoque beantur liberi illorum; & quidem de non torquendo agit. *l. 11. C. de quæſt.* De ſuſtinendo pœnas ſupradictas *d. l. 9. §. 12.* Senatoris autem filius non tantum is eſt, qui in dignitate patris editus, ſed & qui ante. *l. 5. ff. de Senat. l. 2. §. 2. de decur. l. 9. §. 14. de pœnis.* non vero qui depoſita dignitate ſuſceptus. *d. l. 9. §. 15.* ita tamen, ut diſtinguen-

guendum an prius conceptus, quam pater dignitate abierit, & plebejus factus, an poſt. Hoc caſu plebeji, illo, ſenatoris filius cenſendus. *d. l. 2. §. 3. de decur.* Uti Senator, legitimè dignitate à ſe abdicata, retinet privilegia in memoriam priſtinæ dignitatis. *l. f. de decur. l. 17. C. de quæſt. Decius ad l. in omnibus cauſis. 68. de R. J. num. 18.* ita non deneganda liberis. *d. l. 9. §. 12. de pæn.* Porro immunitatem Curiales habent ab oneribus perſonalibus extraordinariis pro re privata Principis. *l. 21. C. de decur.* item ab humilioribus officiis. *l. pen. C. de ſuſcept. præpoſ.* aliis autem muneribus ſubducendi non ſunt. *l. 17. §. exigendi. 7. ad municip.* atque ſi facultatibus ſunt lapſi, alimenta iis decerni, permiſſum eſt. *l. 8. ff. de decur.* Cæterum quamvis DD. privilegium Marito conceſſum durare velint etiam in perſona uxoris, quamdiu vidua manſerit, per *l. 13. C. de dignit. l. 8. de Senat. l. f, C. de incol.* nec luxorioſam vitam elegerit, tamen id non indiſtinctè verum. Quare nec ſupra commemorata beneficia attribui ſtatim poſſunt uxoribus Senatorum, ſed primum diſquirendum, an Privilegium dignitati conceſſum, quod etiam ſibi rectè arrogant mulieres, an vero reſpiciat ſtudium, ſeu perſonale aliquod mariti factum, quod non communicatur uxori. *Faber in Cod. lib. 9. tit. 29. defin. 23.* prioris exemplum eſſe poteſt, privilegium de non torquendo, quod cum etiam tribuatur liberis, *per allegata*, ideo non eſt perſonale. Poſterioris exemplum eſto immunitas ab oneribus extraordinariis perſonalibus, quæ conceſſa Curialibus, ne publica vacillet utilitas. *l. pen. C. de ſuſcept.* hoc eſt, ne avocentur à ſtudio erga Rempubl., dum funguntur oneribus iſtis. Non itaque, licet vivo Senatore uxor mariti quoque fruatur immunitate, illo mortuo onera hæc perſonalia, quæ per alium expedire integrum eſt, detrectare valet.

Hæc,

§. 16.

Hæc, & quæ plura adhuc ſunt Curialium Privilegia durant, ſi vel in dignitate deceſſit, vel juſta ex cauſa, vel [illegible] Propter ſenium, morbum &c. dimiſſus: ſecus ſi ordine [illegible]tur. Quod fieri debet, ſimulac propter turpe aliquod commiſſum infamiam incurrit. *l. 8. C. de decur. vid. Marquar. Freh. de Ex[illegible] l. 4. c. 25 num.* 1. Loco exempli allegari poteſt Curialis, ſuſcipiens procurationem aliarum facultatum viliſſimam, qui, cum immemor exiſtimationis ſuæ, deponitur, imo tradendus eſt exilio. *l. 34. C. de decur.* Cæterum licet decuriones prohibeantur tam per ſe conducere fundos, *l. 30. C. locat.* & vectigalia ſuæ civitatis, *l. 6. §. 2. de decur.* quam per alios, *l. 2. §. 1. de adminiſt. rer. ad civ.* niſi jure ſucceſſionis in conductione ſuccedant. *l. 4. de decur.* tamen nulla lex iis propterea irrogat infamiam, quamvis illud quoque velit *Marqu. Freh. d. tr. lib. 3. C. 21 num. 7.* Sed quid hac de re multis opus verbis? Hodie curiales & aliena negotia adminiſtrant, alienaque prædia conducunt. Quod DD. iis licere teſtantur, cum leges quodammodo ſtatum Imperii tunc vigentis reſpicientes, eatenus hodie valeant, quatenus in uſu ſunt. Sed, quoniam non omnis illarum legum ratio hodie exſpiravit, non inconveniens foret, ſi adhuc obſervarentur, imprimis illis in locis, ubi ſufficiens ſalarium ſubminiſtratur. Nec vero minima ratio erat, ut vacui à conductionibus & procurationibus eo melius Reipubl. inſervire poſſent. Uti infamia cauſa eſt depoſitionis, ita non putatur Collegio ſenatorio dignus, ſed removendus revelans conſilia ſecreta Senatus. *Lancell. de decur. num. 58.* niſi illud non dolo, ſed bono fecerit animo. *Steph. de juriſdict. l. 2. p. 2. c. 2. n. 296.*

§. 17.

Magiſtratus municipalis officium conſiſtit partim in adminiſtratione rerum, partim in exercitio jurium civitati competentium. Circa adminiſtrationem rerum ad civitatem pertinentium talis diligentia ab illis exigitur, qualem paterfamilias rebus ſuis ex bonâ fide præſtare debet. *arg. l. 33. de admin.tut.* Quamvis hi mandatum cum libera habeant. *Gail. 2.obſ. 72.num. 11. Koppen. Deciſ. 60. num. 26. Prückm. conſ. 3. num. 126. Weſenb. conſ. 53. num. 35.* non tamen, quemadmodum alius Procurator cum libera res domini vendere poteſt, *l. 58. ff. de procur.* (modo id faciat animo adminiſtrandi, non donandi aut dilapidandi, *Brunn. cent. 1. aff. 51.*) ita etiam quasvis res pro lubitu alienant, ſi ſervando ſervari poſſint. *l. f. C. de vend. reb. civ.* & ſi de facto alienatio facta fuerit, non præſtatur poſſidenti juſtus titulus. *l. 16. C. de admin. tut.* Conſultiſſimum itaque hac in parte eſt, ut emptor ſolennitates, de jure ad alienationem rei civitatis requiſitas, in inſtrumento exprimi curet, quo in aſſerentem contrarium probatio devolvatur. *Heig. p. 1. q. 34. num. 23.* aliàs emptor probare tenetur, (1) fuiſſe in alienatione præſentes omnes Curiales, vel partem majorem illorum, & honoratas perſonas, ac poſſeſſores immobilium. (2) Dictas perſonas juraſſe, alienationem eſſe, & fore utilem civitati (3) interpoſitum decretum (4) rem, ut quidam volunt, fuiſſe ſubhaſtatam. *Reig. in Theſ. voce Civitas. Brunnem. ad l. f. C. de vend. reb. civ.* Quæ forma niſi obſervata contrahendo, nullum generatur præjudicium Civitati: nec enim factum ſeu negligentia Adminiſtratoris ita facile nocet Civitati in amittenda re, uti in adquirenda. *arg. l. f. C. de adqu. poſſ. Brunnem. ad l. 10. C. de SS. Eccleſ.* Quemadmodum alienatio adminiſtratorum certis tantum caſibus

ſub-

ſubſiſtit, ita idem dicendum videtur de transactione, cum hæc illius ſpecies cenſeatur. *l. 4. C. de præd. min.* Et vero non ſufficienter transactio eſt prohibita per *l. 12. C. de tra[illegible]* qua in lege adminiſtratoribus tranſigere permittitur, n[illegible]o ne, quod indubitate debebatur, ambitioſe remiſerint, vel litem finxerint, ut aliquo colore transactionem fulcirent. *Alciat. ad d. l. 12. num. 12.* Ambitioſe vero remittere debita dicuntur, cum per debiti remiſſionem laudem ſibi liberalitatis, & munificentiæ, cum quæſitum, alioſque ſibi beneficio devincire ſatagunt. *Donel. ad d. l. 12. num. 3.* Quod ſi itaque tranſigunt, tantum abeſt, ut egrediantur limites officii ſui, ut potius illud omittere ſæpius nequeant. Etenim tranſigimus de re dubia, & lite incerta. *l. 1. ff. de trans.* Negari autem non poteſt, conſultius & utiliùs eſſe, litem incertam transactione remittere, ut aliquid accipias, quam temere litigando incertum eventum litis ſubire, ubi fieri poſſet, ut cauſa cadas. Nec tunc debitum remitti videtur, cum quod remittitur, debitum eſſe conſtare debeat, quod non fit in transactione, ubi adhuc dubitatur, an debeatur. *vid. Mevius in Diſcuſſ. lev. am. inop. debit. cap. 3. n. 53. usq. 61.*

§. 18.

Quoniam adminiſtratores civitatis remittere debitum nequeunt, multo minus pecuniam paratam publicam iis in ſuos licet convertere uſus, ſed contra ad neceſſarios uſus Reipubl. illis eſt expendenda. At ſi aliquid pecuniæ reliquum, quæritur, an mutuo alicui dari poſſit? Affirm. ſi non ſufficiens ſit agris coëmendis. *arg. l. 5. l. 1. §. 3. 11. ff. de adminiſtr. tut. Brunnem. ad Auth. Noviſſime, C. de adm. tut.* Nec obſtat. *d. auth. Noviſſime,* ſecundum quam tutor non tenetur ſub uſuris credere pecuniam pupillarem, ſed ſervare, & deponere: nam com-

com.nuniter Interpretes ſtatuunt, jus hoc noviſſimum vel in u[illegible] non veniſſe, vel certe deſuetudine obſervari deſiiſſe, & [illegible] ius vetus conſuetudine omnium locorum redituum eſſe [illegible] *ad Weſ. de Admin. tut. num. 4. ad v. itaque. Brunnem. au a. Auth. num 5.* Maxime autem caute iis agendum, ut idoneum inveniant debitorem. Qualem ſi repererint, non temere ab eo ſortem repetant, ſed annuas recipiant uſuras, *l. 33. ff. de uſur. l. f. C. de debit. civit.* Simulac vero animadvertant, incipere eum non eſſe ſolvendo, excutiant illum neceſſe eſt, ſin minus, ipſi tenentur ad ſortem, non autem ad uſuras. *l. un. C. de his qui ex off. quod. adm.* niſi adſit fraus, & lata culpa. *l. 17. §. pen. ff. de uſur.* Si vero nulla Adminiſtratori culpa imputari poſſit, totum dammum, & quoad ſortem, & uſuras pertinet ad Rempubl. *l. f. C. de debit. civit. Richt. Deciſ. 14. num. 2.* Quod ſi ergo à debitore exigitur debitum, providus eſſe debet in exſolvenda pecunia, ne alii, quam cui Respubl. haſce demandavit partes, ſolvat, tunc, acceptâ apochâ, plenam conſequitur liberationem, etiamſi is adminiſtrator pecuniam ſolutam in utilitatem univerſitatis non convertiſſet. *l. f. C. de Apoch. publ. ubi Cujac. Alciat. ad l. præſes. C. de tranſact. n. 29. Pruckman. Conſ. 3. n. 127.*

§. 19.

Quæ ſuperius poſita, an obſervata fuerint ab adminiſtratoribus, potiſſimum palam fit in redditione rationum, quam nullatenus detrectare poſſunt, *l. 2. de admin. civit.* ſed ſingulis annis expedire tenentur. *Nov. 128. c. 16.* Hodie vero nonnullibi ad minimum ſeſe quotannis offerunt ad reddendas rationes. *Brunnem. ad l. 5. C. de exact. trib. n. 8.* Atque cum recta ratio dictitet, nemini rationes eſſe reddendas, niſi Domino rerum adminiſtratarum, vel cujus valde interſit,

pa-

patet ſimul, ſufficere, ſi adminiſtratic
qui Civitatem repræſentant, qui partim ... Collega
niſtratorum, partim ex civibus primores, ſeu deputati.
iſti Domini ſunt harum rerum. *l. 6. §. 1. de rer. div. l.
quod cujusq. univerſ.* (unde &, ex communi conſuetu...
tius Germaniæ, pecunia forenſis das Marcktgeld ad Ci...
tem & Senatum, non vero ad Superiorem, pertinet. *vid.
Conſ. 12. num 67.*) Non itaque Civitas neceſſum ... in-
cipem, vel quis alius ſit Dominus, ad viſitationem rationum,
& rerum, ad Civitatem pertinentium, admittere. *Arum. de
Comit. cap. 8. num. 43. 44.* Nec enim ſingularum rerum Do-
minus eſt, cum juramentum ſubjectionis non adimat poſſeſ-
ſoribus ſuarum rerum Dominium. *Mynſing. Decad. 13. Reſp.
num. 100.* Quemadmodum itaque privati libere rebus ſuis
uti poſſunt, ita quoque, quod privatorum Contributione in
publicum redactum eſt, ut publicis uſibus ſerviat, ab admini-
ſtratoribus legitime cuſtodiri, ejusque rei rationem nulli al-
teri, quam ipſi Univerſitati, æquum eſt reddi. *Brüning. in Diſp.
de Univerſ. Th. 89.* Sed hæc ita forte regulariter obtinere
poſſunt de conſuetudine. Etenim, ſi videat Dominus ter-
ritorialis, male adminiſtrari res Civitatis, quin proprio poſ-
ſit motu exigere rationes, vix dubium, quia non minimum
ejus intereſt, ne diſſipentur res civitatum, &, florentes poſſi-
dere civitates, magis è re ſit, quam exhauſtas. Alia adhuc
datur via, quâ Principi, vel Domino territorii, competat
poteſtas inſpiciendi rationes, nempe querela civium, male
Rempubl. adminiſtrari, & Collectam ex ſuis facultatibus pe-
cuniam in alienos, indebitosque abſumi uſus. *Heig. p. 1. qu. 20.
num. 14.* Quo caſu non ipſi accuſatores ſunt æſtimatores,
ſeu examinatores rationum, ſed vel à Superiori, vel voluntate

D par-

conſtituuntur. *Helg. d. l. num. 17.* qui requiſiverint rationes, tamen ſi poſtea error in calculo eſſerit, de integro reddendæ ſunt rationes. *Prückm. Conſ. 70.* licet vel apocham acceperint, quippe tunc eodem errore, quo rationes illæ falſæ & erroneæ expunctæ ſunt, ratio quoque data eſſe creditur. *Prückman. d. l. num. 72.* anſegerint: error enim omnem excludit conſenſum. *l. 15. ff. de* [illegible] *isdict.* Atque propter hunc errorem peti reviſio poteſt usque ad triginta annos. *l. 8. ff. de adminiſt. rer. adde* *Stephan. de Jurisdict. l. 2. p. 2. c. 2. num. 100. Weſ. Conſ. 47. num. 50.* Si autem non ſub nube, ſeu in folle redditæ ratio-nes, ſed absque fraude, plenè & integrè, omnibus acceptis & expenſis juxta ſe poſitis, nemo urgendus ad iterandum calculum. *Brunnem. ad l. 2. C. de apoch. publ. num. 5.*

§. 20.

Jura quænam Civitatibus municipalibus competant, magis æſtimandum ex cujusvis Civitatis conſuetudine, & privilegio, quam ex jure Civili, quippe cum prorſus alia facies hodiernorum Municipiorum, atque antiquorum: eadem autem ratio ſemper requiratur, cum judex ad ſimilia procedere debeat. *l. 12. ff. de Leg.* attamen cum DD. uno ore ferme argumenta inde nihilominus ducant, ſi & illos Authores ſequamur, mirum nemini videbitur. Merum itaque Imperium Magiſtratus municipales habere, vix quisquam eſt, qui ſtatuat, niſi forte emtione, donatione, privilegio, conſuetudine, vel præſcriptione, vel quo alio juſto titulo ſibi adquiſiverint. *Stephan. de jurisd. l. 2. p. 2. c. 2. num. 17.* Quid de jurisdictione, & mixto imperio ſit ſtatuendum, de hoc ſupra §. 3. *& 5.* Quoniam mulcta refertur inter fructus jurisdictionis. *Knich. de jur. territ. c. 3. n. 222. Köppen. decis. 30. n. 35.*

quæ

quæritur, an jus mulctandi habeat Magiſtratus municip. ? Negat *Brunnem. ad l. 2. C. de mod. mulct.* cum, etſi quilibet magiſtratus inferior ſuam poſſit defendere jurisdictione… ne jurisdictio ſine modica coercitione reddatur eluſo… *ff. ſi quis jus dic.* in hac tamen Lege expreſſe Duumviri … piantur. At ſi habent merum & mixtum imperium, dubium, quin etiam jus mulctandi habeant, *vid. Reinki… Reg. ſec. l. 2. cl. 2. c. 17. n. 50. usq. 73.*

§. 21.

Sed quid ſtatuendum de poteſtate condendi ſtatuta? Diſtinguendum eſt, an ſtatuta concernant adminiſtrationem bonorum Civitatis, an negotiationes, an vero deciſionem cauſarum. Illa facere poſſunt, *tot. tit. ff. de decret. ab ord.* Quod ad negotiationes, in omnibus ferè Provinciis videmus, Civitates ſuper frumento, vino, cereviſiâ, pane, carne, & ſimilibus rebus certum conſtituere pretium. *Köppen. Deciſ. 44. num. 11. Stephan. de jurisd. l. 2. p. 2. c. 2. n. 45. & ſequ. item num.* 116. (quod tamen de jure communi non procederet. *arg. l. f. pr. & §. 1 ff. de Leg. Jul. de Annona.*) Ad deciſionem cauſarum ſpectantia, ſi præter jus, poſſunt condere, non vero ſi contra jus publicum, niſi ſuperiori conſentiente expreſſe vel tacite. *Brunnem. ad l. 1. C. de ſumm. Trin. n.* 4. Quod ſi tamen Civitas omnimoda gaudeat jurisdictione, non nulli, ſtatuta in genere eam condere poſſe, autumant, verum conſultius eſt, offerre id, quod conditum eſt, Domino territoriali, ut, ſi quid durius, vel levius conſtitutum; corrigat, confirmetve. *Heig. p. 1. q. 23. n. 33.* Hiſce obſervatis quæritur, an Lege municipali obligentur quoque peregrini ſeu forenſes? *Reſp.* Inſpicienda ſunt verba legis, an Legislator bona ipſa, in agro ſuo exſiſtentia, diſpoſitioni ſubjecerit, an vero de Civi-

bus ſuis diſpoſuerit. Illo caſu quilibet tenetur, veluti ſi lex vetet domum altius tolli, nec extraneo tollere altius licet. H[illegible] caſu, non obligantur? E. gr. ſi Lex indulgeret, ut Civi[illegible] mentum ſubſiſtat, quod conditum in præſentia 5. teſtium [illegible]ſis non eodem poterit teſtari modo. *vid. Coler. de Proc. p. 1. c. 3. num. 116. ſequ.* Porro non habent hæ Civitates, [illegible] fiſci. *Brunnem. ad l. 7. C. de Compenſ. num. 3.* ſed tantum Burſam. *Kuppen. Deciſ. 28. n. 22.* & proinde bona vacantia occupare nequeunt. *Gail. 2. 110. num. 15.* Nec Regalia poſſident, quippe quæ non ſunt in commercio inferiorum. *Knich. de jur. territ. c. 1. de Autocr. num. 1078.* tales autem ſunt civitates iſtæ. *l. 16. ff. de V. S.* Si autem ſpeciem aliquam Regalium veluti telonia, jus cudendæ monetæ, fodinas &c. legitimo titulo aliquo adquiſiverint, tamen illa non ut Regalia æſtimantur, ſed ut jus qu[illegible], ſeu privilegium, titulo ſingulari ex accidenti adquiſitum. *vid. Stephanum de jurisdict. l. 2. p. 2. c. 2. num. 24. usq. 44.* Cæterum quia Collectæ pertinent ad Regalia. *2. F. 56. Weſ. Conſ. 45. num. 8.* & ſuperioritatis Symbola ſunt. *Knich. de iur. Territ. c. 3. num. 371.* Magiſtratui municipali collectandi jus non poſſe tribui, patet. Attamen, quo min9 Cives pro neceſſitatibus civilibus, utut non per modum præcepti, ſed conventionis, à Magiſtratu collectari poſſint, nil obſtat. *Heig. p. 1. q. 17. num. 45.* Quo caſu tamen prius à Superiore collectandi jus impetratur, *arg. l. 1. C. Vectig. nov. inſt.* Intereſt enim Domini ſubditos non emungi argento, *arg. §. f. J. De his qu. ſunt. ſui.* Si tamen caſus moram non ferat, tum poſtea notificaſſe ſufficit. *Peck. de jure ſiſt. c. 4. num. 19.*

§. 22.

Superius *in* § 2. *cap.* 3. diſtinximus Cives in Magiſtratum,

&

& Cives in ſpecie ſic dictos. De illo hactenus: de his itaque in præſenti agendum erit. Et quidem hodie ſola receptio civem conſtituit, nec quis pro cive habetur, nec jure civitatis fruitur, niſi veniens prius Magiſtratui taxam [illegible] præſcriptam, vulgo er habe dann zuvor das Bürger-R[echt] gewonnen. *Kappen. deciſ. 11. v. 4.* Quod ſi in recepti[one] civium etiam politica attendenda. *Septalius de ratione lib. 7. cap. 19.* non vult, plurimos ex eadem Natione recipi cives, ne diſcordiæ & ſeditiones cum aliis civibus oriantur. Nec ſuſcipiendi aliarum Civitatum Cives, in fraudem ſui Superioris in aliam ſe adſcribi Civitatem procurantes, ut ejusdem Privilegiis, & defenſione fruantur, ſalvo manente prioris Civitatis jure, & immunitate, qui nomine germanico vetuſto dicuntur Pfalbürger/ quaſi Falſchbürger. *Myler. in Addit. ad Rumel. p. 2. Diſſ. 5. ad A. B. Th. 1.* Hinc autem non putandum, plane aliquem prohiberi civem eſſe duarum Civitatum. Nam ſi quis utrâque in civitate onera ſuſcipere velit, neutri injuria fit. Et Conſtitutio A. B. hoc ſaltem prohibet, quatenus id fit invito Territorii Domino, aut quatenus Civitates iſtæ diverſis Imperii Statibus ſubjectæ ſunt: illud enim variis litigiis cauſam præberet, *Myler. d. l. ad Th. 3. l. A.* Tempus redimendi jus civitatis variat. Non autem ultra annum tolerari Advenam in civitate, ſed cogi, ut jura civium redimat, teſtis eſt *Gail. 2. obſ. 35. num. 8.*

§. 23.

Civis ita receptus obligat ſe ad onera, & Civitas ad conferendum commoda. *Reig. in Theſ. voce Civis.* Non vero pro cive habendus, qui non ſubit loci onera & munera. *Cotman. V. 2. Reſp. 73. num. 47.* Unde nec gaudet beneficiis civitatis. Quod tamen locum non habet in civibus, non ſu-

ſtir entibus onera ex privilegio ſibi conceſſo, qui licet onera non ferant, gaudent tamen beneficiis Civitatis. *Hippol. de Marſil. Singul.* 519. *Hahn. ad Weſ. ad Municip. in fin.* Atque ad [illegible] Cives obſtricti ſunt, ut à ſuo Magiſtratu tempore ſum-
ceſſitatis, belli ſævientis, compelli poſſint, ad pecunias
l. mutuandas. *Gail. 2. obſ. 5. num.* 18. Cœterum quia
ac civitatum membra eo fine, ac lege, in civitatem coeunt, ut ſua inter ſeſe, & communia civitatis commoda pro virili augere, & promovere, incommoda vero, ac detrimenta declinare debeant. *Henr. Mich. Reſp.* 23. hinc, ſi belli tempore quidam vel nihil, vel minus, quā debuiſſent, ſolverint, alii autem plus ſolvendo, quā ſibi competiiſſet, univerſitatem conſervarint, his, id ab illis repetendi, copia datur. Ut enim æquisſimum eſt, commune detrimentū reſarciri ab his, quib9 merces ſalvæ ſunt relictæ, *ex L. Rhodia*, ita etiam æquum eſt, illos, qui vel nihil, aut minus pependerunt, collectæ nomine retribuere illis, qui ſolverunt, & ita univerſitatem, tanquam navim, jactu fortunarum ſuarum conſervarunt. Eſt enim intentio ſolventium, ut communi proſpiciant ſaluti. *Hahn. ad Weſ. d. L. Rhod. num.* 1.

§. 24.

Hic quoque, dum antea poſuimus, teneri Cives ad publicum promovendum commodum, inquiri poteſt, quatenus illi teneantur, ſi publico nomine pecuniam mutuo acceperit Magiſtratus. Et quamvis grave ſit, non ſolum legibus, verum etiam æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios moleſtari. *l. un. C. ut null. vican.* tamen, ſi civitas valide obligata ex mutuo, nec ipſi ſubveniri queat ex notiſſima lege *Civitas 27. de reb. cred.* aliquo mo-

modo etiam cives obligantur. Non tamen excuti poſſunt, ne quidem in defectum aliorum bonorum, ad Civitatem pertinentium. *Coler. de Proc. Execut. p. 2. C. 3. num. 357.* ſed hoc caſu Magiſtratus civibus imponere collectam po pro quantitate cujusque patrimonii per æs & libram. *Köpp. Deciſ. 10. num. 18.* Et licet Magiſtratus hoc facere n gat, non tamen unus civis pro univerſitate per Rep llas & pignorationes detinendus eſt. *Gail. de Ar , . Cap. 9. num. 10.* Sicut enim quod debetur univerſitati, non debetur ſingulis, ita viciſſim, quod ipſa communitas debet, ſinguli non debent. *l. 7. §. 1. quod cujusq. univerſ.* At ſi civium nomina vel ſpecialiter in literis cautionis obligatoriæ deſcripta reperiantur, vel ſaltem in genere illorum bona obligata, ſinguli partes viriles debent. *l. 11. §. 2. de duob. reis conſt. junct. l. 14. ad municip. l. 14. de pact. Coler. d. l. num. 358.* Sed quid ſi alii in Civitatem novi cooptentur cives, quæritur, an & illi poſſint compelli à Creditore ad exſolvendum æs alienum Civitatis? *Reſp.* quod non *arg. l. 23. C. de decur.* niſi in obligatione futuri quoque contineantur cives. Nec quamvis adhuc eadem cenſeatur civitas, cujus Cives mutati *arg. l. 76. de Judic.* & per conſequens obligata maneat, *d. l. 76.* propterea perſonalis illa obligatio civium ad alios, quam tempore obligationis conſtitutæ exſiſtentes, trahi poteſt. Quod ſi vero novus Civis aliquis bona anteceſſoris adquiſiverit, & in obligatione civium bona contineantur, tum communi huic oneri quoque ſubjicitur. *Taber. tract. de obligat. ſucceſſ. in offic. cap. 4. num. 5.* Civitatis jus retineri poteſt, quamdiu quis velit, & per arbitrariam renunciationem non ſolum juriſdictioni eximitur, ſed & muneribus omnibus.

Gail.

Gail. 2. obſ. 30. num. 7. modo omnibus de bonis certam pecuniæ ſummam Civitati penſitet, quæ vulgo dicitur: Abzug/ Abſchoß/ Nachſteuer. *Gail. d. l. num. 10.*

§. 25.

Jam ſequuntur *Membra Civitatum*. uti in genere, i- Municipalium *accidentalia*, quæ diximus ſupra §. 12. eſſe [illegible] & *Forenſes*. Incola eſt, qui cum civis non eſt, in Civitate aliqua domicilium conſtituit. *l. 7. C. de incol.* Inter eum & Civitatem intelligitur celebrari contractus ultro citroque obligatorius, quo Incola ad onera obligatur. *l. 34. ad municip. l. 29. eod.* Civitas è diverſo ad defenſionem, protectionemque. *Weſenb. d. l. num.* 16. 17. Requiritur vero ad incolatum conſtituendum, ut quis vel Larem ibi foveat, vel majorem bonorum partem, eo in loco poſſideat, & aſſidue verſetur. *l. 2. C. ubi Senat.* Neutiquam vero ex ſola habitatione incolatus præſumendus, ſed, alia domicilii conſtituti argumenta concurrant, neceſſe eſt. *Cotman. V. 2. Reſp. 73. num. 88.* puta quæ nominantur *in l. 27. §. 1. ad Municip.* Nec enim confundendum eſt Domicilium cum Domo, quia non ubi Domus nobis, ibi & Domicilium ſemper eſt. *l. 17. §. 13. d. t.* Contra vero, ubi domicilium, ibi & domus eſt. *Cujac. l. 24. obſ. 33. in fin.* Nec tempus efficit incolatum: unde ſtatim, ubi habitare quis Civitatem cœpit, ſe in ea domicilium conſtiturum affirmans, absque mora incolatum adquirit. *Alciat. d. l.* Et ſi tacuerit, ex decennii habitatione incolatus non præſumitur, ſed arbitrio Judicis id relinquendum, qui quandoque etiam ex minori tempore ratione circumſtantiarum, domicilium contractum eſſe, arguere poteſt.

Hahn.

Hahn. ad VVeſ. d. l. Incolatui & domicilio pro[illegible] luntate renunciare, cuivis integrum eſt, quod fit, ſe, b[illegible] ſua alium in locum transferendo. *l. 20. l. 31. ad municip.* renunciatio fit plerumque cum onere detractionis in civibus renunciantibus receptum eſt. *Gail. 2. obſ. 55.* At ſi jam deſtinatus muneribus publicis, non, niſi pe[illegible] munere, incolatui renunciare valet. *l. 34. ad municip.*

§. 26.

Forenſis, quantum ad nominis notationem, appellatur quaſi foris veniens. *Nov. 80. c. 6.* quantum vero ad notationem rei, larga & abuſiva ſignificatione Forenſis dicitur, qui ex loco non eſt oriundus, quamvis ibi habitet, vel domicilium conſtituerit, & hoc caſu opponitur ei, qui proprie ſubditus, & civis. Speciali vero & propria ſignificatione Forenſes dicuntur, qui nec origine, neque incolatu de corpore Civitatis ſunt, *Cotman. V. 1. Reſp. 21. num. 81. ſequ.* ſed vel negotiorum cauſa aliquandiu in Civitate commorantur, vel peſtis, belli, hoſtiumque metu, ad evitanda damna, quandoque cum familia & ſuppellectile, in aliquam confugiunt civitatem, ibique per multos ſæpe annos degunt, qui tamen prius amiſiſſe domicilium, aliudque in eo, quo nunc commorantur, loco conſtituiſſe non cenſentur. *Hahn. ad VVeſ. ad Municip. in f.* Quare, quin alio in loco conveniri poſſint, nullum dubium, quippe cum in loco domicilii quis forum ſortiatur, ſive ibi reperiatur, ſive non. *Gail. 2. obſ. 36. num* 12. Secus res ſe habet quoad forum iſtius loci, ubi ſunt forenſes, in quo conveniri nequeunt, niſi ratione delicti, vel contractus iſto in loco celebrati, ſi ſcil. ibi deprehendantur. *c. Romana §. Contrahentes. de for. Comp. in 6. Everh. à Middelb. in*

...*litt. ad Contract. num.* 1. *Hering. de Fidejuſſ. C.* 14. *n.* 13. ...r tamen officialis Princ... illius, ad quem pertinet ...as, in qua Officialis deliquit, qui conveniendus coram ...omino, *vid. prolixe hac de re Stephan. de juriſdict. lib.* 2. ... 2. *num.* 81. *ſeq.* 115. Sed an forenſes obſtricti ſunt ad ...ectas? Neg. *l.* 6. §. *f. de mun. & honor. l.* 3. *C. de incol. ubi Brunn. num.* 5. ratio eſt, quia munera patrimonialia extraordinaria, quæ non habent certam præſtationem, neque ſingulis recurrunt annis, ut ſunt collectæ, principaliter perſonis rerum contemplatione indicuntur: ſi igitur perſonæ non ſunt ſubditæ, earum impoſitio locum habere nequit. *Gail.* 2. *obſ.* 12. *num.* 13. Rei tamen, quam forenſis ſub alterius territorio ſitam poſſidet, imponi collecta poteſt, quia licet non perſona, res tamen ſubdita eſt. *Reinking. de reg. ſecul. l.* 1. *cl.* 5. *c.* 4. *num.* 177. *Heig. p.* 1. *q.* 17. *num.* 43. *Coler. de proc. execut. p.* 2. *C.* 3. *num.* 572. Atque ſi obſervantiam conſulamus, nihil frequentius eſt, quam Collectas imponi etiam forenſibus, prædia illo in loco habentibus, ut potius ipſi imponantur rei, quæ ſubjecta reputatur, quam perſonæ. *Brunnem. ad l.* 4. *C. de incol. num.* 7. Hæc ſufficiant pro inſtituti ratione.

DEO TER OPT. MAX.
SIT LAUS & GLORIA IN ÆTERNUM.

COROL-

Corollaria Miſcellanea.

I.

Jus divinum voluntarium cum aliud ſit ceremoniale, aliud vero forenſe, hoc JCti optimo ſibi jure vendicabunt.

II.

Uſuras jure etiam divino non illicitas, defendemus.

III.

Dari aliquod Condominium, extra dubium eſt. Ejus vero requiſita ſunt, ut duobus vel pluribus, ſub una communi appellatione non comprehenſis, ejusdem ſpeciei dominio, eadem res, indiviſim competat.

IV.

Hinc apparet, uni ex condominis nequaquam permiſſum eſſe, rem hoc modo communem, inconſulto condomino, vel alienare, vel ullos actus alios exercere, in quibus dominii vis cernitur.

V.

Jure Pontificio ex pacto naſci actionem, nondum extra controverſiam eſt.

VI.

Jure Canonico intra annum luctus fœmina nubere poteſt, citra infamiæ periculum, cujus ineptam rationem dant Pontifices Urbanus III, & Innocentius III. *c. pen. & ult. de ſec. nupt.*

20

VI.

ctio feudalis bilateris eſt, neque minus dominum ſallo, quam hunc illi adſtringit.

VII.

omne delictum, ex quo Vaſallus feudo privatur, ominus quoque directo dominio excidere poteſt.

VIII.

Feudum fraternum pro veteri habendum.

IX.

Periculoſi moliminis res eſt, Imperium Germanicum Syſtema proclamare.

X.

Una Republ. continetur Germania noſtra, in eâque Regnum obtinet, Ariſtocratia quoad actus regiminis exercendos temperatum.

Additamenta Paradoxa.

I.

Omne Jus recte dicitur voluntarium.

II.

Omnis ſucceſſio nititur voluntate defuncti.

III.

Actio omnis ex obligatione provenit.

F I N I S.